



**R. P. Christophori De Ortega È Societate Iesu, Quondam
Scolasticæ Theologiæ publici Professoris, ac ejusdem
Facultatis Præfecti ... Theologia Controversiarum
Dogmaticarum, & Scholasticarum, de Divina ...**

**Ortega, Cristóbal de
Lugduni, M.DC.LXXX.**

2. Sanctus Thomas pro nobis apertus est.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94274](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94274)

eius actus est, nec commune ipsi, & opposito; non autem de se determinatum ad illum. Appetitionem vero non ponit, ut determinatum necessarium ex parte actus primi ad appetitionem, neque enim requirit ad se ipsam, neque ad aliam, potest, ne processus infinitus detur, nisi in aliqua sitatur appetitione, quæ immediate ab appetitu, seu voluntate oriatur nullam appetitionem supponens. Hanc igitur ad operandum ad extra solum modo requirit, quæ operatio, cum solum mediatam libertatem ab appetitione participet, determinationem per illam non auferatur. Adde illud ex 3. Ethicor. cap. 5. init. *Nostri in potestate virtutes, & idemdem virtutem collocari; quibus enim in rebus nostra in potestate situm est agere, in his & non agere; & in quibus non agere, in his est & agere; ut ad hanc potestatem ad verumvis recte explicat S. Th. lect. 11. postea recitandus. Item 1. Perihermen. cap. 8. ut absurdum inferat. [Neque est quidquam, quod æque fieri, & non fieri possit; neque erit, aut non erit quidquam, sed omnia necessario eueniunt: & nihil est quod æque fieri, ac non fieri possit.] Et sub fin. concludit: [Patet non omnia necessario, vel esse, vel fieri; sed quædam talia esse, ut æque fieri, atque non fieri possint.] Et subinferius, [Quare, cum ita orationes sint veræ, & contradictionem ipsam, se res ipsæ habent, patet, & contradictionem ipsam, quæ circa res eas est, quæ sic se habent, ut æque fieri, atque non fieri, & esse æque non esse possint, necessario perinde sese habere, atque res tales sese habent, & eandem cum illis legem subire.] Et lib. 2. c. 3. post med. [Potentie igitur ex, quæ participes rationis sunt, eandem plurium sunt, & contrariorum; at, quæ sunt rationis expertes, non omnes: sed ignis, ut dictum est, non calefacere, & calefacere non potest: neque cætera quæcumque semper actu existunt. Aliqua tamen eorum, quæ potentias rationis expertes habent, opposita simul suscipere] (passive) possunt. Alia etiam in sententiam eandem Philosophorum testimonia dabimus q. 7. dum agentis liberi definitionem statuamus.*

4 Accedunt Patres plures recitati q. 1. & 2. non vno solum Theologiæ titulo, sed & Philosophiæ illustres: quandoquidem in utraque eminuerunt. Sed præsertim Scholasticorum Philosophorum nomine referendi hic sunt, qui ex nominatissimis, celeberrimisque Philosophis Christianam religionem ingressi, & sanctimonia vitæ, & sacrarum litterarum accurata meditatione, & intelligentia naturalis suæ Philosophiæ laudem non minuerunt quidem, sed magno opere auxerunt, & illustrarunt, in quibus sunt Boetius, Athenagoras, Iustinus Martyr, Cyprianus, Nemesius, Irenæus, Nazianz. Basilus, Nemesius, Synesius, Lactantius, Minucius Felix, Augustinus, Emodius, Damascenus, & ex recitatis q. 2. & 3. Antiquorum plerique, quorum testimonia eis locis videri poterunt, ne hic otiose repetantur.

5 Ex Theologis referendus primo venit Magister sententiarum, & in primis locis ex ipso dandis contra prædeterminationes prædeterminatas ad materiale peccati. Secundo dandis etiam pro definitione causæ liberæ. Tertio datis iam locis controuersæ. 2. disp. 5. quæst. vii. pro concordia præscientiæ infallibilis Dei de nostris liberis actibus cum eorum libertate, quia illos non præcedit, sed subsequitur potius, & supponit. Audiendus præterea est in 2. d. 25. c. 1. sic fatetur. *Habilitas voluntatis, & rationis libera est ad utrumlibet: quia libere potest moueri ad hoc, vel ad illud.* c. 2. negat sub potestate arbitrii esse præterita, & præsentia (qua præsentia scilicet) imo neque futura; sed ea tandem, quæ per liberum arbitrium possunt fieri, vel non fieri. Vbi tantumdem valere posse fieri, vel non fieri, seu potestatem ad faciendum, vel non faciendum, atque arbitrii, & actionum libertatem ait, cap. 5. *Libertatem dicitur arbitrium: quia sine coactione, & necessitate, valet eligere, quod ex ratione decreuit.* cap. 9. *A necessitate, & ante peccatum, & post, æque liberum est arbitrium.* Sicut enim tunc cogi non poterat, ita neque modo. Ideoque voluntas merito apud Deum iudicatur, quæ semper à necessitate libera est. & nunquam cogi potest: ubi necessitas, ibi non est libertas: ubi non libertas, neque voluntas: & ideo neque meritum; c. 13. repetit esse à necessitate liberam, cap. vii. *Libertas à necessitate est per naturam, quæ consonant dictis ab ipso d. 5. init. & d. 24.*

CERTAMEN II.

S. Thomas pro nobis apertus prorsus est.

1 Secundo loco pro sententia præfinitionis prædeter. minatiuas excludente adeo apertus, frequens, & constans S. Thomas, ut absolute, ac sine vlla lecorum eius ratiōne, imo, & citatione referendus esset, nisi Dominici Patres habitus, & ordinis, quam mentis, concordia, ius priuatiuum, quod aint, illum interpretandi sicut, & Thomistarum nomen sibi arrogantes Angelicam Præceptorem in propriis: quique sententias traheudi, vel inuitum, communem sibi (sibi tamen non semel, discordem) fecissent potestatem. Quoniam igitur in re præfenti se solos Angelici Præceptoris mentem al. secutos, secutosque iactant: Nosque in re tam graui ipsius infensos hostes apud scholas, apud alienæ facultatis, imo mere etiam laicos homines, infensosque mulieres, & plebem conqueuntur, & clamant pluribus illius (ut omnibus fieri absque nimia prolixitate nequeat) testimoniis ubique operum eius obuiis cum ipsis inferentibus, nobis in hac materia amicitissimum esse ostendendum hic erit. Et in primis videnda, quæ ex ipso produntur controu. 2. d. 5. quæst. vii. cert. 3. à num. 3. ubi, inde solum præfinitionis certitudinem cum contingentis futuri contingentia, & libertate conciliat, quia illa huius causa non est; neque hoc ideo erit, quia præfinitur; sed potius ideo præfinitur quia erit, atque esse, seu fore in se determinate ad sui præfinitionem supponitur. Secundo quia eadem locis ait futurum ex suis causis necessitariæ, ut si, non habere, neque determinationem essendi infallibilem: ac proinde non posse præfinitionem Dei physicæ, ac metaphysicæ infallibilis, in suis causis cognosci futurum potius, quam non futurum: cum in illis, etiam concomitantibus determinationem, & necessitatem essendi potius, quam non essendi eius futurum non habeat, sed solum indifferentiam, & indeterminatam ad sui mutationem, & non futuritatem. Quare expectandam esse ait contingentis in suo determinato esse existentiam pro duratione, respectu cuius determinata eius futurum est potius, quam non futurum, ut determinate futurum à Deo infallibiliter absque suæ contingentia, & libertate præiudicio cognoscatur: quia necessitas obiectiua, quam præfinitur infallibiliter supponit, est necessitas essendi futurum contingens in se, quandoque esse supponitur, seu necessitas essendi in se pro duratione, qua in se iam est, scilicet necessitas libertatis, & potestatis ad utrumvis exercitium consequens, neque vllatenus natura antecedens. Quæ doctrina Angelicus Doctor docet, quamvis determinationem, & necessitatem in coniuncto causarum contingentis, ut hoc sit reiciendam necessario esse, ut eius contingentia, & libertas seruetur; neque aliam determinationem, & necessitatem essendi cum contingentis libertate posse consistere, nisi quæ ex eo, quod in se ipso contingens est, suboritur: eam scilicet, quæ omne, quod est, quando est, necesse est esse, & quam consequenter appellamus: ignis ex mente apertissima S. Th. quoties in coniuncto causarum futuri contingentis inuenitur determinatio, & necessitas infallibilis, & antecedens essendi eiusmodi futurum contingentia, & libertas aboletur: neque alia necessitas, & infallibilis essendi cum eius contingentia, & libertate componitur, nisi consequens, seu quæ futuri ipsius positionem supponit: At qui prædeterminatiua præfinitio Thomæ supponit, nisi consequens, etiam necessitatem, & infallibilitatem, in coniuncto causarum, etiam necessitatem, & infallibilitatem futurum contingentis inclusa, est necessitas infallibilis, & determinatio essendi eiusmodi futurum causali-tate, & natura antecedens, nec solum consequens, & quæ ortum habeat ex ipsius futuri positione, quam supponit ergo ex mente S. Thomæ abiicienda est, vti in eius sententia verissima, & certissima incompossibilis cum futuri ita præfinitio contingentia, & libertate.

2 Eandem sententiam tradit q. 6. de malo art. vi. argum. Sed contra nostram ad eligendum libertatem in eo col-locans, ut voluntas hominis se habeat ad oppositas, & non ex necessitate moueatur ad unam, & sit Dominus sui actus: ita ut in ipso sit agere, & non agere. Libe.

Ethic. c. 3. lect. 7. licet. I. Aristotelis sententiam, quod consilium (proprium rationalium, & liberorum agentium) necessario sit de his, quæ in nostra sunt potestate approbat: indeque constare ait enigma ex necessitate causa sunt non posse ad consilium pertinere. Atque ex eodem textu Aristotelis q. 24. de verit. art. 1. Sed contra argum. 4. consilium non esset nisi de actibus, qui sunt in nobis, & quorum sumus Domini. Et cit. q. 6. de malo à med. articuli, esse inquisitionem viam habentem ad opposita: vi cuius se voluntas non ex necessitate, sed cum potestate eligendi alterum, vel non eligendi mouet. Unde 1. 2. q. 14. art. 3. inferet consilium non esse circa res, quæ necessario sunt, sed contingentes, & à nobis, & q. 44. art. 3. ad 3. non esse de impossibilibus, de electione autem, quæ consilium, seu consultationem sequitur 1. 2. q. 13. art. 3. 4. 5. & 6. docet non esse de re nobis impossibili, aut quæ ex necessitate sit: quia quod possibile est non esse, non necesse est esse: est autem possibile non eligere, vel eligere: quia potest homo velle, & non velle agere, & non agere: ergo ex sententia S. Th. necessitas, & determinatio ex parte causæ ad operandum, æque, atque operandi impossibilitas, quarum altera voluntati adest posita prædeterminatione prædeterminatiua, altera vero ea deficiente deficit, consilio, & electioni humanæ repugnat: quia repugnat potestati indifferenti, quam electio contingens supponit: Item 1. p. q. 23. art. 1. ad 1. ait. Necessitate agendi conuenire rebus naturalibus, quæ ad vnum sunt determinatæ: non liberis, quæ ad vnum determinatiua non sunt. Et 1. cont. gent. c. 88. proxime ad rationem 3. ait: Liberum arbitrium esse respectu eorum, quæ non necessitate quæ sunt: vult autem necessitate prædeterminationis, ex qua doctrina cap. 90. siue Damascenum 1. de fide c. 30. aientem: Deum omnia præscire; non autem omnia prædefinire, ac prædestinare: quia præscit quæ in nobis sunt (liberas nostras operationes) non prædefinit autem hæc: quia nec cogit ad malum, nec vim affert virtuti. Solumque prædefinire, quæ non sunt in nostra potestate. Ita interpretatur: ut intelligantur ea quæ sunt in nobis diuina determinationis non esse subiecta, quæ ab ea necessitate accipiuntur: Atque ibidem in eum sensum explicat Gregorius Nyssenus lib. 7. Philo-soph. c. 1. & lib. 8. c. 4. dicentem: quæ sunt in nobis non esse à Dei prædeterminatione. Scilicet ea prædefiniente, & determinationem, ac necessitatem ea agendi nobis inducentem, atque imponentem. Prima insuper p. q. 22. art. 2. ad 4. ex loco Eccles. 15. Colligit nobis non præfigi adeo virtutem operantium determinatam ad vnum; sed potius nos ipsos nos agere, mouere, & eligere: & q. 93. art. 5. & 9. corp. Laudar. Damascenum 2. de fide c. 12. sub init. quod imaginem Dei in nobis in potestate indifferenti arbitrij nostri ad vtrumvis constituitur. Eundemque iterum, ac Bernardum eadem de causa laudar q. 24. de verit. ad 2. argum. Sed contra probat huius imaginis rationem in eo stare, quod voluntatis nostræ potestas non sit determinata ad vnum: quemadmodum neque Dei potestas ad vnum determinatiua est. Quæ omnia quamvis necessitatem, & determinationem ad operandum (quam dubio procul prædeterminationis præfinitio illi inducit) à voluntate nostra omnino reiectant.

3. Accedit 1. 2. q. 10. art. 4. arg. sed contra & corp. ex eodem loco Eccles. 15. dicens: quia voluntas est principium actuum non determinatum ad vnum, sed indifferenter se habens ad multa: se Deus ipsam mouet, quod non ex necessitate ad vnum determinat, sed remanet motus eius contingens, & non necessarius. Determinat autem ad vnum ex necessitate, & impeditur, cum illam mouet, & motus remanet necessarius, ac non contingens, si vnum extremum prædeterminationis prædefinit, eandem ex eodem loco sententiam deducit 1. p. q. 83. art. 1. arg. Sed contra, & corp. ubi etiam determinationem ad vnum à potentia libera excludit Caicet. & 1. 2. q. 1. art. 1. corp. Item est Dominus suorum actuum per rationem, & voluntatem deliberata procedunt, quod ipsum reperit q. 6. art. 2. ad 2. docuit autem locis datis n. 3. in his, quæ ex deliberationem locum habere. Ac de vfu qui proprius rationalis, & liberi agentis est 1. 2. q. 16. art. 1. corp. & art. 2. ait: importare, ac esse applicationem rei alienius ad actionem: sicut consentire est applicare motum appeti-

tium ad aliquid appetendum. Cum autem applicatio motus appetitiui, seu voluntatis eius indifferenciam supponat, vltique, qui consensus est, vt S. Thom. ait ad actionem applicetur: sit ante consensum ipsum voluntatem ad actionem applicatam, & determinatam ad illam non esse: quare nec prædeterminationis præfinitioem, ex qua ante consensum determinata, & applicata ad illam esset, admittendum in sententia Diui Thom. fore. Huc etiam spectat testimonium D. Thom. ex commentario eius ad 9. Ethicor. cap. 5. lect. 11. ne citatum q. 1. cert. 3. num. 1. ubi ait, in quibus operari est in nostra potestate, in eadem esse debere, & non operari: & e converso: si non operari sit in nostra potestate itidem esse, & operari: alioquin alterum esset nobis impossibile, quare, & alterum non esset ex nobis, sed ex necessitate. Quibus omnem necessitatem, quæ ex nobis non sit, alterius extremi, impossibilitatem alterius inducere, quæ potestatem ad vtrumvis potentie liberæ necessariam, atque vt ex nobis operemur, euerant, atque eodem cert. num. 2. in cap. 1. Ioan. lect. 6. aiebat: consensum liberum requiri ad iustificacionem, in adultis etiam post Baptismum peragendam. Unde, quia in potestate hominis est, vt consentiat, & non consentiat deit eis potestatem. Quod ipsum de potestate conferuandi, & amittendi semel partam iustificacionem statim docet. Atque in id 2. Petri 1. per autem curam omnem sub inferentes ministrare in fide vestra virtutem. Ita illud subinferentes commentatur id est: sub Deo principaliter operante inferentes, & ei cooperantes in omnibus enim operibus principis auctoritas est gratia; secundaria liberi arbitrij. His adde eundem Sancti Præceptoris commentarium in 3. cap. Dionysij de diuin. nomin. recitatum q. 3. cert. 1. n. 2. ubi posita etiam Dei prouidentia, & prædeterminatione nostram ad consentiendum, vel non consentiendum potestatem, cum qua negatio consensus, & salutis coniungi possit admittit. Item illud, quod ait comment. in 2. Physicor. textu 58. & 59. lect. 10. Quod ad propriæ agendum dominum sui actus requiratur. Quod & docet commentar. in 6. Ethicor. c. 2. lect. 2. & sæpe alias supra, vt vidimus q. 4. cert. 1. num. 3. ubi etiam retulimus eum hanc propositionem: Debere esse per se mobilibus, seu agentibus liberis, per aliud mobilem necessitatem: ubi citoneam refutasse comment. in cap. 3. de diuin. nomin. Dionysij lect. 4. deberet autem esse per se mobilibus, per aliud mobilem necessitas, si prædeterminationis præfinitioem opus haberent. Pluribus denique locis datis cit. cert. 1. num. 5. docet: agere proprie, & stricte solis agentibus liberis competere, quia cum dominio sui actus se agunt: cum cætera, quæ cum eo dominio non agunt, aguntur proprius quam agent. Dominium autem actionis dicit ad vtrumvis potestatem, cui Physicum alterius ius, seu actiuitas obicit: quemadmodum dominium politicum, seu ciuile potestatem vtendi pro libro quia ius alterius ciuile obicit includit, vt supra expendebamus.

4. Item 3. p. q. 9. art. 6. ad 1. desumentibus Eucharistiam, & recipientibus eius virtute auxilia, quandoque efficaciam, ad non peccandum ait: quia omnis virtus actiua agit suum effectum secundum modum materie, seu recipientis. Homo autem factus via est huius conditionis quod liberum arbitrium eius potest flecti in bonum, & malum. Vnde licet hoc sacramentum, quantum est de se, habeat virtutem præseruatiuam à peccato: non tamen auferat homini possibilitatem peccandi. Quod ipsum de quavis actiua virtute docet, ex qua generaliter asserta de auxiliis præseruatius hoc inferit. 4. item contra gent. c. 70. siue obicit ex 1. Ioan. 3. Omnis qui in eo manet non peccat, & non potest peccare, quia ex Deo natus est. Respondet bona Spiritus sancti, quibus homo adoptatur in filium, vel renascitur in filium Dei; quantum est de se, tantam habent virtutem, quod hominem sine peccato conseruare possunt: neque homo peccare potest secundum ea viuens. Potest autem contra ea agere, & ab eis abscondendo peccare. Et 1. part. quæst. 61. art. 3. ad 2. Omnis forma inclinat suum subiectum secundum modum nature eius: modus autem naturalis intellectualis nature est, vt libere seruetur in ea qua vult: & ideo inclinatio gratia non imponit necessitatem, sed habens gratiam potest ea non vri, & peccare. Quod ex generali principio, quo vtitur æque contra omnem formam, & principium actuum prædeterminans probat. Et 1. 2. q. 106. art. 2. ad 2. Gratia nui Testamenti, & s.

TEGA
A. pari
Vla

prima: Sed, quia causa prima non ita agit in voluntate, ut eam de necessitate ad unum determinet sicut determinat naturam. Et ideo determinatio actus velinquitur in potestate rationis, & voluntatis; & q. 9. de potentia, art. 1. ad 3. Sola, inquit, substantia rationalis habet dominium sui actus: itaque in ipsis est agere, & non agere. Quodlibet. 1. art. 7. ad 2. Deus movet omnia secundum modum eorum: & ideo divina motio ad quibusdam participatur eum necessitate; ad naturam vero rationalem cum libertate: propter hoc, quod virtus rationalis se habet ad oppositas; & ideo, sic Deus movet mentem humanam ad bonum, quod tamen potest huic motui resistere. Adstante scilicet motione, atque in ea resistendi Deo moventi, & motui potestate naturae rationalis libertatem in actu primo S. Thom. confituit.

7. Nec minus apertus pro nostra doctrina fuit S. Th. in summa c. 1. part. 1. qu. 19. art. 1. ad 3. dixit: *Creatura rationalis est divina sui actus; & ideo circa istam speciem quadam signa divina voluntatis assignantur: inquantum creaturam rationalem Deus ordinat ad agendum per se. Pendit: signa quadam voluntatis in medio, quibus ordinatur collatione, quibus se velle finem, quatenus ex se est ostendit, & significat, non autem absoluta, & efficaci; & ineluctabili nobis voluntate, seu praedeterminata praefinitione effectus, seu finis. Talis enim voluntas Dei illam ordinans, mediaturque, per quam eam ordinat esse debent, ut ad agendum per se, & a se, utpote sui actus dominam, ac non ex determinatione, & voluntate sola alterius, operetur. Id quod subiuncta immediate aduersaria hac magis explicuit. Sed alia creatura non agunt, nisi mota ex operatione divina, ac proinde non a se, & per se. Et art. 10. corp. Librum arbitrium habemus respectu eorum, quae non necessario volumus, vel naturaliter insitunt. Ergo respectu eorum, quae necessario volumus arbitrium liberum non admittit, & si necessitas ex naturali instinctu voluntatis non sit, sed aliunde. Et ad 2. probat librum arbitrium in Deo, & si nequeat velle culpam: quia ad opposita se habet inquantum velle potest hic, quod culpa non sit, esse, vel non esse. Sicut, & nos, non peccando possumus velle sedere, & non sedere. Quod ipsum docuit, contra gentes, c. 88. & q. 14. de veritate, art. 3. maxime fine. Deinde eadem 1. p. q. 19. art. 3. ad 2. ait voluntatem Angelicam, quia liberam, non esse determinatam ad unum, & si eius intellectus determinatus sit ad omnem naturalem voluntatem, Vbi etiam Caier. & q. 82. art. 1. ad 3. iungit dominum nostrum actum secundum quod possumus hoc, vel illud eligere. Et toto art. 2. probat voluntatem particularem bona nullatenus ex necessitate velle q. 83. art. 4. arg. 4. cum eius solutione afferit nostras electiones potestati, & dominio nostro esse subiectas q. 109. art. 4. corp. explicans, quomodo Deus, tanquam efficiens creans voluntatem creatam, illa moueat, ait: *Velle nihil aliud est, quam inclinatio quadam in obiectum voluntatis, quod est bonum commune. Inclinare autem in bonum vniuersale est primi mouentis, cui proportionatur vltimus finis: sicut in rebus humanis dirigere ad bonum commune est eius, qui praestitit multitudinem. Et nihilominus ad 2. & 3. fatetur voluntatem ex se, & a se ipsa moueri ad particularia bona. Existimo autem motionem illam generalem voluntatis ad Deum ad bonum in communi esse solum ipsam voluntatem naturaliter ad illud inclinantem de se, ac proinde, qui illam creat Deus, illam ad illum creatione ipsa determinat, & mouet actiue: ex qua determinata est in actu primo quoad specificationem ad bonum amandum, ita, ut malum amare nequeat. Sed si quo stat bene quod contrarie indifferens sit, ac non determinata. Illudque solum probat exemplum eius, qui praestitit multitudinem, ut de se se paret.**

8. Insuper 1. 2. qu. 1. art. 2. corp. [Ad hoc, quod agens determinatum effectum producat, necesse est, quod determinetur ad aliquid certum, quod habeat rationem finis. Haec autem determinatio, sicut in rationali natura per rationalem sit appetitum, qui dicitur voluntas: ita in aliis sit per inclinationem naturalem, quae dicitur appetitus naturalis. Tamen considerandum est, quod aliquid sua actione, vel motu ostendit in finem ducit. Vno modo, sicut se ipsum ad finem mouens

ut homo, &c.] Et subinferius, [illa ergo, quae rationem habent, se ipsa mouent in finem, quia habent dominium suorum actuum per liberum arbitrium] qu. 9. art. 3. arg. Sed contra, & corp. & ad 1. ait, & finis volitione mouere se voluntatem ad volendam media. Et art. 4. indigere motione exterioris mouentis ad primam finis volitionem, ad sequentes vero se ipsam mouere: alias non esse liberam, quibus consonat qu. 16. art. 1. & 2. de vltu agens. Et qu. 16. art. 6. fine: [Deus mouet voluntatem hominis sicut vniuersalis motor ad vniuersale obiectum voluntatis, quod est bonum, & sine hac vniuersali motione homo non potest aliquid velle: sed homo per rationem se determinat ad volendum hoc, vel illud, quod est vere bonum, vel apparens bonum, non ergo motione illa generali determinatur ad volendum, quod vere bonum, aut apparens, id est honestum, vel turpe; alioqui ad ea in particulari volenda non se homo determinaret.] Subdit. [Interdum specialiter Deus mouet aliquos ad aliquid determinate volendum, quod est bonum; sicut in his, quos mouet per gratiam, ut infra dicitur.] Scilicet qu. 109. Ex quibus constat motionem gratiae ad vere bonum volendum non esse generalem illam Dei, ut causa primae, sed specialem, & quae datur ad volendum apparens bonum, seu turpe. Item motionem hanc specialem ad bonum non esse determinando voluntatem ad illud volendum, licet sit motio ad illud determinate volendum, scilicet illud determinate, ac non aliud apparens bonum, ut integrum voluntati relinquat se ad illud etiam volendum determinate. Qu. 1. art. 4. Dei motione speciali opus esse, ut homo deliberare incipiat; deinceps illum suorum actuum dominum esse propter deliberationem rationis, quia ad vtrumvis flectere se potest. Et art. 7. docet Deum titulo primi mouentis mouere ad bonum in communi, ut saepe ex ipso retulimus; ad particulare vero bonum, scilicet Deum mouere nos, non eo titulo, sed specialem causam, ad illum nos per gratiam specialiter mouendo: quod exemplo motionis militum, & a generali duce, & a tribunis illustrat. Item qu. 10. art. 4. corp. [Quia voluntas est principium non determinatum ad unum, sed indifferenter ex se habens ad multa; sic Deus eam mouet, quod non ex necessitate ad unum se determinat; sed manet eius motus contingens, & non necessarius, nisi in his, ad quae naturaliter mouetur.] qu. 15. art. 2. corp. [Consensus importat applicationem appetitus motus ad aliquid agendum. Eius autem est applicare appetitum motum ad aliquid agendum, in cuius potestate est appetitus motus.] unde infert. *Propter dicitur consentire sola rationalis natura, quae habet in potestate sua appetitum motum, & potest ipsum applicare ad hoc, vel ad illud. q. 16. art. 1. corp. voluntatem vocat primum mouens applicans omnes potentias ad operationem q. 17. art. 5. argum. Sed contra. Et corp. dicit: Reliquos a primo actus voluntatis in eius potestate, ac sub eius imperio esse, atque ad 3. solum primum illius actum esse naturae instinctu, aut causa superiore q. 19. art. 8. corp. Interioris actus esse in potestate nostra. q. 21. art. 2. corp. ideo eos imputari ad laudem, vel culpam, quia ita in nostra potestate sunt, ut illorum habeamus dominium. Eadem doctrina insitit 2. 2. huiusmodi q. 90. art. 1. corp. docet hominem suorum actuum dominum esse. q. 158. art. 2. ad 3. motus rationis iudicium non provenientes in eius potestate, & dominio esse; subditos vero illud praenientes quodammodo solum esse in eius potestate. Quae docuerat 1. 2. q. 74. art. 10. corp.*

9. Ab his vero, relatum quidem, discrepat vnguem in sententiaris. Nam in 2. d. 25. q. vnic. art. 1. corp. ait. *Sic ergo patet, quod haec differentia est in agentibus: quia quadam determinat sibi finem, & actum in finem illum; quadam vero non. Postmodum, iudicium de actione propria solum modo est in habentibus intellectum: quasi in potestate eorum constitutum sit eligere hanc actionem, vel illam: unde, & dominium sui actus habere dicuntur. Et propter hoc in solis intellectibus habentibus liberum arbitrium inuenitur; non autem in illis, quorum actiones non determinantur ab ipsis agentibus, sed a quibusdam causis prioribus: ergo tantum abest, ut ex primatu causae primae nostrorum actionum antecedens determinatio*

T. EGA
A. par
Vla

seu prædeterminationio, competat Deo, uti argunt Thomi-
 stæ, vñ inde, vel maxime, quod prior, seu prima causa sit,
 falsa arbitrii libertate eas prædeterminare nequeat, in
 S. Thomæ sententia. Et ad 3, in *libero arbitrio hoc modo*
agit Deus, ut virtutem ministret, & ipso operante liberum
arbitrium agat. Sed tamen determinatio actionis & finis
 in potestate liberi arbitrii constituitur. Vnde remanet libe-
 rum dominium sui actus: licet non ita, sicut agens, quod
 impletur potestatis suæ constitutione à nullius libera dis-
 positione pendet, & art. 5, c. reliquis eius distinctionis
 voluntatis nostre dominium à coactione, & necessitate
 liberum statuit: confone ad ea, quæ scripserat d. 1, art. 2.
 ad 1. & d. 2, art. 1, corp. & quæ postea scripsit d. 3, art. 4.
 corp. ac scripsit lib. item 1, cont. c. 81. docet libera-
 tatem creatam stare in indifferenti, & in determinata pote-
 estate creatam ab hisque via necessitate inclinare ad
 vnum obiectum ex his, quæ tali subiacent potestati c. 88.
Librum arbitrium dicitur respectu rationis, non necesse-
fitate quis vult, sed propria sponte. Vnde in nobis liberum
 arbitrium est respectu eius, quod volumus currere, & am-
 bulare. 3. contra gent. c. 73, ratione 1. ait. *Alia agentia*
secundum suam naturam esse determinata ad vnum, sed
voluntatis virtutem non esse limitatam ad vnum, sed ha-
berent in potestate potius contingens ad vtrumlibet. Inde concludit
 ad Dei providentiam spectare eam indifferentiam tueri
 c. 11, ait, quod dominium sui actus habet: liberum est in
 agendo, liber enim est, qui sui causa est, quod autem qua-
 dam necessitate ab alio agitur ad operandum servituti
 subiectum est. Omnis autem alia creatura naturaliter
 subiecta est; sola vero natura intellectualis libera est.
 Vtique, quia nec servituti, & necessitati à Deo iniunctæ
 subiecta in agendo est; cum sola non intellectu alia agentia,
 quo ad necessitatem operandi, subiecta naturaliter sunt,
 Adde hæc ex dist. 39, q. 1, art. 1, corp. [Sed in agendo: quod
 aliquis actus est ab aliquo dupliciter vno modo, tam se-
 cundum substantiam actus, quam secundum determina-
 tionem agentis ad actum. Et hoc proprie in potestate
 agentis esse dicitur; vt est in voluntate. Ipsa enim poten-
 tia voluntatis quantum in se, est ad plura; sed quod deter-
 minate exeat in hunc actum, vel in illum, non est ab alio
 determinate, sed ab ipsa voluntate. Sed tamen in natu-
 ralibus actus progreditur ab agente; sed tamen determi-
 natio ad hunc actum non est ab agente, sed ab eo, qui agen-
 ti talem naturam dedit, per quam ad hunc actum deter-
 minatum est. Ita editioe Romana anno 1570. fol. 127. p. 2.
 ¶ Tam vero, quod per determinatius præfinitionibus ex
 Angelico Præceptore aduersarij obijciunt, nullius sum
 ponderis, Quod enim ex comment, in c. 5. de diuin. nom.
 (vbi de rerum rationibus in Deo existentibus agitur)
 lect. 3. ait: *Finismodi rationes sacra scriptura vocat præ-*
finitiones, seu prædeterminationes. Subinfertur. *Quo quid-*
am prædeterminationes, seu voluntates sunt distincti-
entium, & effectiua, &c. In primis nomen prædetermi-
 nationes non inuenitur in correctionibus S. Thom. codi-
 cibus, aut Dionysij. Secundo vtque ibi agit de ideis,
 suæ exemplariibus creaturarum non solum secundum rati-
 onem communis entis, sed secundum speciales cuiusque
 rationes, iuxta quæ, creata, indiuiduarum etiam, voluntate
 sua produci: quare extra rem ibi de præfinitionibus præ-
 determinationibus ageretur in sensu, quo hic de eis agimus;
 sed vocat præfinitiones, & determinationes exemplaria
 illa, quæ in esse Dei super/substantiali sunt, & quibus na-
 turæ priori, effectus omnis delineatus suis meritis termi-
 nis, ac definitionibus idealiter est: quare sequitur Dei
 voluntas, dum eas exequitur adamysim. Vnde illa verba
 prædeterminationes, seu voluntates, synonyma non sunt:
 Nam prædeterminationes deferunt ideas, quæ exemplaria
 rerum, voluntates vero præcipia earum effectiua: quarum
 prima, esse rerum exemplariter, secunda effectiue, &
 executiue earum distinctiua ait. Quod constat ex loco
 scripturæ, quod probat voluntates Dei esse præcipia re-
 gum distinctiua effectiue. Etenim ille ad Roman. 8. *quos*
prædestinauit, quos & vocauit. Neque enim prædestina-
 tionem esse efficacem effectus voluntatem Dei S. Thom.
 admittit nunquam, sed præfinitionem, aut prædetermina-
 tionem, quod ad Dei voluntatem pertineat. Ex quo patet
 etiam interpretatio clara, & genuina plurium locorum,
 quæ ex S. Thom. arripunt ex quodlib. 11. q. 1. art. 4.
 omnia etiam contingentiæ factio immobili quidem catho-

lice intellectu subiicere: scilicet providentiz, & præsentia-
e, & 1. p. q. 25. art. 5. ad 1. nihil fieri a quo Dei præsentia-
e, & præordinatione. Arque ideo q. 116. art. 1. corp. om-
nia etiam contingencia reduci in causam præordinantem,
scilicet providentiam diuinam. Hæc tamen omnia nihil
probant: quia oportere offedere etiam S. Thom. præ-
destinationem, & providentiam in præfinitione, & efficaci
voluntate effectus constituisse, quod nusquam apparet,
insuper eam præfinitionem scientia media effectus non
ininitu cuius nullum est in S. Thom. veltigium. Non vero,
cum Sancti Thom. fatum ethnicum (quod in Dei vo-
luntate efficaci independentè ab vlt. nostre libertatis
posita, & tamen cum effectu inevitabiliter conexa sta-
tuebatur) cum Partibus omnibus, tanquam liberi arbitrij
eiususum exerceat, nequit prædeterminationem, & prædestina-
tionem in simili Dei voluntate constituitur.

10. Dices ex l.p.q. 23 art. 1 ad 1. q. 5. de verit. art. 5.
ad 13. cont. gentes g. hinc et 1. 2. q. 10. art. 1. corp. *vnum
liber voluntatem mouere*, quod non esse necessitate ad *vnum*
determinet: ergo determinatio voluntatis ad vnum potest
esse non ex necessitate, sed cum voluntas operandi, qui
ruit nostrum totum fundamentum, vel superflue additur
illud ex necessitate, si determinatio eius ad operandum,
et non ex necessitate esse non potest. Nego consequen-
tiam quoad verumque; & postremam partem: quia que
magis rem explicant non sunt superflua. Cum autem
libertas voluntatis stet in indifferenti, & indeterminata
potestatem qui opponitur determinatio ad vnum, indeque
contingentia operandi, cui opponitur necessitas operandi,
versusque negatione, omnibus modis, & terminis veniat
ad Deo mouente voluntatis libertatem explicatur. Infas
ex l. p. q. 19. art. 3. ad 3. ubi obiecitset, *Ab eo, quod est
ad virtutem non sequi determinationem actionem: nisi ab
alio inclinetur ad vnum*, iuxta commentorem 2. phy-
sicor. ergo Deus, si liber ab aliqua re, causam determi-
nantem priorem habebit. Negat autem anteceden. in
Deo: quia eius volutas ex se necessitatem habet ad
vnum, scilicet ad seipsum: unde ad volita reliqua potest
se determinare, ad quae habitudinem, & libera de-
terminati ab alio ad effectum debere. Hic locus bene
generatus peculiarem nostrum modum constituendi de-
creta libera Dei exprimit, solumque, ad rem presentem,
probat causam, seu voluntatem creatam omnino con-
tingentem de sese, debere supponere causam priorem qua
determinetur, vel ad primam voluntatem, vel ad amorem
boni in communi, vel ad morum primo primam, vel supe-
rius dixisse S. Thom. cum de hac re instituto disputaret,
ostendimus, & patet ex q. 24. de verit. art. 14. ex quo nobis
apponitur etiam, cum pro nobis & contra obiectans sit,
vi ex fide articuli patet, id quod in Deo, qui ad primam
voluntatem sui infirmitatem omnium amorem, quod sub-
stantiam, & modum determinatus est, locum non habet.
Ex quidem determinatione voluntatis ad opus adeo hic
non intelligit S. Thom. determinationem connexionis fed
inuationis intentionalis per obiecti propositionem,
quam determinate obiecti huius in sua potentia voluntas
non habet, sed ex Dei dispositione, & providentia, vel natu-
rali, vel supernaturali, saltem quoad modum, si obiectum
honeste, & bonum moraliter sit: utque a propter liberi
nobis, & honesti actus in Deum, tanquam in causam, etiam
precipuum, reducantur ad S. Thom. 1. 2. p. c. 8. & in p. 1.
d. 37. quæst. 1. art. 1. ad 5. ubi cum dominio, & electione
nostra circa actus nostros obidari componit non solum
nostra circa actus nostros obidari componit non solum
nostra circa agere & Deo nobis donare. Sic etiam expli-
candum, fed & agere & Deo nobis donare. Sic etiam expli-
candum est, quod S. Thom. 1. 2. p. c. 8. art. 5. q. 4. & 5. q. 4. art.
ad 3. c. 3. cont. gentes c. 67. rat. 4. c. 68. rat. 5. & cap. 10. ac de
pot. q. 3. art. 7. corp. & ad argum. & dilectias ait ad
scilicet moueat causa prima causas secundas, etiam libe-
ras. Ita enim eas mouere specialiter ait intentionaliter mo-
ratione per cogitationem allicientem immisionem, susci-
tationem, fugie ex morum libutorum delationem, susci-
tationem habitum generali vero morum, & concursu prae-
sertim prioriter comitantem natura & causalitatem, licet prae-
maioris vniuersalitatis prioritate: quia in eius consensu
prædictum entis concursus cause primæ, & vniuersalis
agens formaliter respondet. Neutra tamé morum deter-
minat, tuncquæ potestas particularis à determinatione
causarum secundarii liberari, vt constat ex eis locis præter-
causam cit. q. 68. & q. 83. quod autè q. 82. antecesseri ait ad 1.
necessaria

[Necessitatem naturalem non auferre libertatem;] Ad alia, ad que necessitas non est, intelligitur. Scilicet necessitatem naturalem voluntatis ad bonum, seu beatitudinem in communi, non auferre libertatem eius ad bona particularia, ut patet ex eo art. & seq. & sequenti etiam quæst. 88.

II. Denique opponit ex r. p. q. 105. art. 5. post med. corp. [Deus mouet res ad operandum, quasi applicando formas, & virtutes rerum ad operationem: sicut etiam artifex applicat securi ad sciendum.] Ergo, sicut mouetur securis, & applicatur ab artifice per impressionem impulsus physici præiij ad sciendum, ita res omnes, etiam libere, mouentur, & applicantur à Deo ad operandum, intentione per Thomisticam prædeterminationem, executiue per qualitates impellentem, & prædeterminantem ad operandum. Confirmant ex q. 3. de potent. art. 7. ubi hanc similitudinem explicat S. Thom. tradit: Id quod à Deo fit in re naturali, quo actualiter agit, est intentio sola habens esse quoddam incompletum per modum, quo colores sunt in aëre, & virtus artis in instrumento artificis; & itam ferè. [Vnde sicut instrumento artificis confecti non potuit, quod operaretur, absque motu artis: ita rei naturali confecti non potuit, quod operaretur absque operatione diuina.] Respondetur negando ex his locis. colligi præiijam physicam motionem, & prædeterminationem. Primo enim loco applicationis nomine non impulsus ab artifice impulsus ferè, aut securi secundum se sumptus est, sic enim non applicatio virtutis, sed virtus ipsa physica applicata est. Applicatio vero est motus ipse, & actio sensilis, seu sciens ferè, nec secundum se solū sumpta, sed prout ab arte procedit accomode ad formam artis, & artificii, iuxta S. Th. 1. p. q. 45. art. 5. corp. 3. p. q. 19. art. 1. corp. & ad 2. & art. 2. q. 62. art. 1. ad secundum de potent. med. corporis. Ita ut motus, & actio illa ut ab impulsu, & forma instrumenti physice est, sit naturalis, ut ab arte, cuiusque directione artificialis sit, ut bene explicuit Caiet. 3. p. q. 13. art. 2. §. Ad euidentiam. Ad eum igitur modum ait S. Th. moueri, seu applicari ad operandum causas secundas etiam liberas à prima: non quidem qualitate physice prædeterminante, aut prædeterminatio decreto (que vel applicanda, aut applicata virtus est, vel applicans Deus, non autem formalis ipsa applicatio) sed motu, & concursu simultaneo, imo identificato cum concursu causæ secundæ, quatenus à Deo concursus ille est. Idcirco testimonio 2. ait, [Quod sit à Deo in re naturali, quo actualiter agit.] Id autem quo res actualiter agit actio proculdubio est. Ac sine alijs id ita necesse esse, nec absque operatione Dei causa secunda operetur,] sicut nec instrumentum operatur absque motu artis. De ea vero operatione, ut à Deo est pergit: est intentio sola extrinseca denominationi ab arte diuini intellectus, & voluntatis, quibus ad suum effectum ordinatur, & ex quibus res naturales Dei instrumenta dicuntur: quatenus enim denominationi hæc rei inherens cogitur, quid rationis est, quod solum intentionis nomine significatur apud S. Th. hic iuxta eius generalem regulam in 1. d. 33. q. 1. art. 1. ad 1. & communem omnium scholasticorum, qui intentionem non nisi ad potentias cognoscitivas, & volitivas referunt. Id autem quod intentio sola est, non physica qualitas est. Confirmatur, quia post verba postrema ait. *Securi dari non potuit, quodvis artis esset in ea vniuersum, quod quædam forma permanens, nisi haberet intellectum: sine quo permanens esse nequit: quare solum transiunt per extrinsecam denominationem ars in securi esse potest: ac subinde in causis secundis motio primæ ex eius prouidentia arte, & directione suprema eo solummodo esse potest iuxta S. Thom. subdit, habens esse quoddam incompletum per modum, quo colores sunt in aëre, & virtus res in instrumento artificis. Vocatur autem ens incompletum, & diminutum est apud S. Thom. in 4. d. 1. q. 1. art. 4. quæstione 2. & 4. ubi motionem instrumentorum gratia appellat intentionem, ens diminutum, non completum, sed incompletum. Tunc etiam quia motus, & operatio illa simultanea non est quid completum, & permanens, sed via & fluxus ab agente in terminum, quare & ens fluens, & incompletum iuxta S. Th. 3. p. q. 62. art. 4. line corporis. & ad 1. & q. 27. de verit. art. 4. ad 4. Caietan. citato S. Ad euidentiam, Christoph. de Ortega, de Deo Vno, Tomus 1.*

quod vero ait, *esse per modum quo colores sunt in aëre* intermedio inter coloratum, & vilius, totum hoc confirmat. Colores enim obiecti secundum suum esse physicum in aëre non sunt, sed secundum esse intentionale suarum specierum, & representationum impressarum, quæ in aëre sunt, & quibus obiectum præiens, tanquam instrumentis, virtut ad sui visionem. Et si autem motione hæc simultanea extrinseca, imò identica cum operatione causæ liberæ, ut Deum ait, tanquam instrumento, non sit identice quidem & proprie loquitur, sicut reliquis agentibus naturalibus, sed laxè, & communiore quadam instrumenti ratione: ut patet ex 3. cont. gent. cap. 112. sub init. & q. 24. de verit. art. 1. ad 5. Ex quibus omnibus liquet (sensu S. Thomæ 1. p. quæst. 105. artic. 5. corp. post med. aientis: *primum agens mouet, secundum ad agendum: & secundum hoc omnia aguntur in virtute Dei.* Etenim inde colligi potest solummodo concursus Dei simultaneus exemplo motus instrumenti ab arte, & artifice, quod statim subdit, & hæcenus explicuimus; quin reale quidpiam superadditur præter extrinsecam denominationem, seu intentionem, aut ens rationis. Quinimo physice prædeterminationis, aut prædeterminationis necessitas, ut causæ secundæ liberæ operentur aperte eo articulo excluditur à S. Th. ait enim ibi: *Deus immutat voluntatem dupliciter. Vno modo, quando voluntatem mouet ad aliquid volendum sine hoc, quod formam aliquam imprimat voluntati.* Non ergo necesse est Deum imprimere aliquam physicam formam, aut qualitatem, ut moueat voluntatem: Secundo. Quia, cum ibi recenset ea, quibus aliter mouet aliquid imprimendo solum numerat gratiam, habitus virtutum; lumen gloriæ, & visionis Dei claritatem; nullam autem physicam qualitatem prædeterminantem, ac sine corporis deformis hinc à Deo impressis ad voluntatem mouendam ait. *Aliquando autem forma superaddita non est usque quaque perfecta sicut est in viatoribus; & tunc ex forma superaddita inclinatur voluntas, sed non ex necessitate.* Ergo non est illa in via forma immixta, & impressa nobis à Deo, cui necessario consentiamus, & cui, etiam adstanti, non possumus resistere, iuxta S. Thom. Alia ex S. Thom. opposuimus d. 6. de scient. q. 1. & disp. 5. q. vi.

CERTAMEN III.

Contra prædeterminatiuas præfinitiones sanctum Thomam instare ex aliorum, & eius discipulorum insigniorum iudicio ostenditur.

I. **R**es hæc è nostrorum Doctorum iudicio, & si eruditiora, & multa in S. Th. lucubratione, & testimoniorum eius allegatione, & collatione fundato agenda hic non est, sed aliorum, quibus nullum partium, aliudve, quam veritatis studium opponi ab aduersariis possit. Et in primis suspiciendum ob accuratam eruditionem, exactissimamque mentis hac in re S. Thom. indagationem est iudicium R. P. Petri à S. Iosepho Cisterciensis è Fulienfi congregatione, erudito tract. incripto [Defensio S. Th. Aquinatis aduersus recentiores quoddam Theologos, qui prædeterminationem physicam ad actus liberos illi falso assignant] è cuius disp. 1. sect. § n. 4. ea sunt verba. [Scientiam mediam esse ad mentem S. Doctoris dubitari non posse,] & similia d. 2. sect. 10. n. 1. & d. 4. concordie suavis sect. 3. & 4. Alphonsus Mendoza q. 7. scholastica n. 13. concl. 5. in his prædeterminatiuis de creatis humanarum actionū ab earum præiustione independentibus, Thomistas *Scoto potius aduersario suo, quā proprio agnoscere D. Th. adherere, ait, Lorca 1.2. art. 2. d. 20. n. 1. §. Et quidē (de Thomistis hac in re scribit) legē esse à præte Angelici Doctoris; idque testari grauissimos Thomistas Caietanū, & Con. adū. Et q. 1. concl. 2. nostræ de officia auxilij, sententiæ subscibit, at q. 1. in 3. p. q. 1. art. 3. d. 10. m. 2. n. 16. diligenter expellit S. Th. verbis ad 4. de præsuppositione præcipientiæ, utique conditionate, ad prædeterminationem ait. [Ex quibus S. Th. verbis*